Hinricus dictum Aneland ita depauperavit
quod penitus nichil habuit. Ideo nomen
sibi Aneland acquisivit. Tandem una
diem accidit, quod prefatus marchio
Brandenburgensis una cum comitibus de
Anehalt terram Orientalem ad depreda-
dam cum multis Saxonibus intravit,
Fredericus marchio Misnensis et Fitzmannus
frater suus marchio Lusacie collectis
militibus et civibus suis, marchionem
Brandenburgensem cum omnibus suis
captivarunt. Sicque bellum Saxonicum
a patre ipsorum ipsis instauratum penitus
cessavit. Quare pater eorum Albertus lant-
gravius audiens victoriam suorum filiorum
gravi ira permotus, in ira sua ad partes
Reni properans marchiam Misnensem
cum omni orientali plaga una cum terra
Glizenensi modis omnibus studuit filiis
alienare. Nam comiti Adolfo de Nasso super
in regem Romanorum electo marchiam
Misnensem cum omni orientali ~~plaga~~
regione et terra Glizenensi vendidit eumque
ad possessionem accipiendam cum multa
militia ad terram orientalem ~~p~~ adduxit.
Venientibus itaque comite Adolfo de Nassow
una cum Swevis multis in terram orientalem
primo civitatem Digaviensem forte sine licentia
abbatis Digaviensis obtinuit, Mox castrum forti-
simum Grossik vicinum expugnavit et fun-
ditus destruxit anno M°CCC°VI. Quinto cuine hodie
cernuntur. Ex post castrum obtinuit Fribong et ~~val~~
vall. Carit castrum Bornis omnis venerunt et receperunt.
Lipsk et alie civitates multe multique nobiles, ba-
rones et milites homagium ferunt Adolfo comiti
et regi Romanorum electo. ~~Plaque~~ Fredericus marchio
et Fitzmannus frater suus terram orientalem quasi
totam perdiderunt adveniente siquidem hyeme,
que solito forte more asperior inhorruerat, multi

m Misn

m Misn

pliszenensi

m Misn

naszow

swevis

grossik

Fitzm. filius!

Ita, quod

+ f. CCLXVIII a.

fin Fitzmilbup hucusque
et Fitzm. filius

m Misn

Fred.

+ f. CCLXVII d

a marchia Lusacie c. cum ~~ut videtur~~
Lusacie